

edita denuo A. 1703., opera obstetricia & cum Intro-
ductione nova Historico-Theologica Dn. Henr. Pippin-
gii, Viri hodie Magnifici & Archi-Theologi Saxonici.

* * *

At inde à tempore repurgatae doctrinae in ILL.
Principatu Hennebergiae Praesules Schleusingenses,
inque sacro hoc munere Fomanni Antecessores extiterunt,
qui iam nunc sequuntur.

D. Ioh. Foersterus, Lutheri in concinnanda ver-
sione Codicis Biblici Germanica *ouvezys*, post Pro-
fess. Hebr. L. V Vittebergae, unde & in Comitatum
Hennebergensem a GEORG. ERNESTO, Princi-
pe, Lustrator & Purgator Ecclesiarum accitus est.

Vid. Spangenbergii Chron. Henneb. f. 270., DN. Secken-
dorf. Hist. Luth. L. III. Sect. 27. p. 110. & Zehneri Hen-
neb. Eteostichos, in qua hoc quoque de tempore Repur-
gationis istius distichon legitur numerale:

Pr In Cipe Förster VM sVb. te Cia pater na vo Cant,
Corr Igit Vr VIV ae re LL Iglon Is op Vs.

& versus Biblicus, numeralia pariter:

W W Ist B r Bffen/ so W W Ir D D Ir Det
H Er ant B Borten/ Es. 60.

In Oratione autem M. VV. Molleri de GEORGIO ER-
NESTO, Schleusingae A. 1584. habita, haec leguntur
verba: Princeps GEORG. ERNESTVS suae ditionis
Ecclesias, Patre VVILHELMO opus salutare & ne-
cessarium urgente, A. 1543. reformavit, euocato claris-
simo Viro, Ioh. Förstero, S. Theol. Doct., & in Acad.
VVitteb. Ebr. L. Prof., cuius exercitatissimi Theologi
iudicio & consilio non tantum in instituta Reforma-
tione, & Ecclesiarum Visitatione, usus est: sed eundem
postea huius loci (Schleusingae) Ecclesiae Pastorem, &
relig.